



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iosephi Mariae Svaresii, Episcopi Vasionensis, Praenestes
Antiqvae Libri Dvo**

Suarès, Joseph Marie

Romae, 1655

De Catilina, & Fulua cum Anacephal[a]eose. 30

urn:nbn:de:hbz:466:1-11894

De Catilina & Fulvia, cum
Anacephalaeosis.

CAPVT XXX.



DOSTEA coniurans in patriam Catilina oppidū Præneſte, ab Vrbe non multum diſtans, ipſa natura, ac loco ſatis munitū conſtituit propter plurimas belli opportunitates Kal. Nouemb. vno impetu inuadere. ſed M. T. Cicero Conſ. hoc animo proſpiciens, illam Coloniam armatis hominibus compleuerat. Quamobrem Catilina id facinus fruſtra ſuſcepit, vt Conſtantius Felicius Durantinus reſert. Sed præſtat ipſum Conſulem Ciceronem audire. *Quid cum te Præneſte Kalendis ipſis Nouembribus occupaturum nocturno impetu eſſe conſideres; ſenſiſtine illam Coloniam meo iuſſu, meis præſidijs, cuſtodijs, vigilijsque eſſe munitam?* Silet quidem hanc rem Salluſtius iniquior Ciceroni, glorioſum eius facinus ſupprimendo. Cum verò Florus municipium vocet, quo tempore ſub hoſte periit à Sylla capta Præneſte, Cicero Catilinæ conſpirantis æuo Coloniam, pedibus eo in ſententiam Manutij, & à Sylla Coloniam deduciam arbitror; cum præſertim ciues omnes conſci mandaret, æquum erat, vt ciues illi novos aſſignaret. illex ſeditionum, atq; bellorū fuiſſe tunc videtur Præneſte; nam rursus bello ciuili conualeſcente vxor Antonij Fulvia belli ſedē Præneſte ce-
pe-

In Coniurat.
Catil. Cod.
Vatic. m. 50.

perat, auctore Velleio. Fulvia (inquit) uxor M. Antonij, & socrus Octauij Cæsaris, qui tamen eius cū filia diuortium fecit, Præneste occupata, & ad suam societatem pertracta, Senatores & Equites à se stantes habebat, cum illis inibat consilia, & edicta proponebat identidem contra Octauium cum Lucio Antonio coniu-rans. quod mirandum non est, cum & gladio se accin-xerit, & tesseram militibus dederit, ut legitur apud Dionem. tandem aufugit ad virum. L. Antonius Consul M. Antonij frater vxore Marci Ful-^{1. 48.} uia consulente, bellum intulit Cæsari receptis in- suas partes populis, quorum agri veteranis assignati erant. sed dimisit eam M. Antonius, ut in Epitome T. Liuij comperio. Lucius Antonius se-^{1. 115. & 127} cessit Præneste, dicens se timere Cæsarem pro ma- gistratu munitum satellitibus, ut prodit Appianus. Locus iudicio definitus est Gabij (Vrbs Romam inter & Præneste media) illi rursus Præneste ad-^{1. 5. Bel. Ciu} uolant, Lucius tantum Cæsari respondit. Fulvia demum fugit cum suis liberis Puteolos post incen- sam Perusiam. Erat illi bucca altera inflatior Plinio memorante. Plura superius ubi de agro, & Nuculis.

Neque verò repetam quæ sub Augusto, Nerone, Domitiano, Hadriano, Aurelio, imò & Valentiniano iam recensui ad historiam profanam spectantia. Regionem indicaui, conditorem, nomen, etymom protuli: situm, agrum, Asylum descripsi: arbores, aquas, fluuium, vina, latifundia, flores, rosas, fructus, nuces demonstraui. secessum, ludos, Fortunæ sortes exhibui: Fortunæ templum, Serapidis, Basilicas, Solarium, Forum, Statuas, viam, portam Urbis, signa & sacraia instaurauit. Colonia, municipij iura restitui: magistratus mores, idioma, collegia, res

res gestas, viros illustres enarraui. ex omnigenis
 scriptoribus quidquid pertinere visum est, concin-
 nans, & consuens. Ad sacra lubet animum, sti-
 lumque conuertere, vtque verae fidei sy-
 dera in istius Urbis horizonte reful-
 serint & coruscauerint, inue-
 stigare & literarum, mo-
 numentis confi-
 gnare.

FINIS LIBRI PRIMI.